Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

teneat ne flagellet eum. Sic e
de pectore. Caym pro compotes. Vult
flagellare pectore peccatis suis. Tunc
etiam sanctorum tenent ipsum pedibus quo-
usque ira celestis patris pertransit
Regum 1° xviij° ubi dicitur quod plures te-
nuit saul ne filium interficeret
quod constanter pars de melle de
hystoria. Sic pater celestis precepit
tibi abstinere a peccato. Inobediens. Si
ergo transgressus fueris hoc preceptum
minatur tibi mortem eternam. Unde ergo
facies confer te ad procinctum
omnium sanctorum roga eos ut intercedant
pro te. Impossibile esset preces tante
multitudinis non exaudire. Unde et
etiam esset pro nobis dicitur in Apocalipsi V°
Seniores habebant phyalas aureas
plenas odoramentorum que sunt
orationes sanctorum. Phyale sunt vasa
lucida et lata ut dicunt doctores
Vasa alta et lata multum capiunt
et continent. Et quanto dominus tamen comprehendit
et continet sicut caritas. Caritas enim
comprehendit in se prosperorum prospera et
adversa prospera quia si proximus pro-
speratur congaudet ei. Si adversa pa-
titur compatitur ei. Istas phyalas
habent sancti scilicet caritate lata in qua
comprehendunt omnia adversa nostra ex-
pandentes ante deum ut nos ab
eis eripiat. Sunt etiam plene odo-
ramentis. Sicut enim odor non col-
ligitur in uno loco nec venit
ad unum hominem sed diffunditur per
multa loca et venit ad plures
homines. Sic orationes sanctorum circa se
omnibus hominibus credentibus se pre-
te hodie omnes sanctos etc. Secun-
dum qui in ubi istis consolacionem
recipiunt sicut pauperes mendican-
tes. Pauperes illuc libenter veniunt
ubi multitudo convenit magnorum
virorum et mulierum quia ibi magnam
elemosinam recipiunt. Ergo si pau-
per es in consciencia tua. Beatus Johannes
dicit: O bonos rumores et consola-
torios dico. Vidi turbam magnam quam
dinumerare nemo poterat. Ubi est
hec turba? In celo. Quid agunt? Conmanent
cum Christo. Ergo si pauper es pulsa et
pete ut tibi de convivio celesti aliquid
detur. Non repellent te cum ipse dominus
qui invitavit eos precepit eis
ut dent pauperibus. Unde comedunt
in illo convivio et bibunt panem
dignitatis et mustum eterne leticie.
Mustum letificat et inebriat
Nota triplici musto inebriatur
ecclesia scilicet gaudio quod capiunt de bo-
no proprio. Et gaudio de bono proximi.
gaudio de visione dei. Primum
gaudium est quod inebriantur de bono
proprio. Nullusque non debet inebriari et
super effluere omnium gaudio quando in se
tot et tanta videt bona quod prius
fuit homo et modo filius dei. Secundum
bonum de quo inebriantur est de bono
proximorum. Quisque enim in eis videtur
hoc parit gaudium. Exterius in eis
videbis unde gaudeas quia corpora
eorum fulgebunt ut sol. Interius in
eis videbis unde gaudeas. Sicut
enim homo videt per splendidum vitrum
liquorem infusum ita in corpora anima
videbis divicias cuiuslibet anime
non obstante corpore. Unde unusquisque
magnam debet habere leticiam
de hoc verbo quod dicit beatus Johannes
Vidi turbam etc. Sancti enim sunt innumerabi-
les et de quolibet sancto habebunt
suum gaudium singulare. Tunc in-
numerabilia sunt gaudia. Pete ergo